



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXI. An, & quatenus ad Salutem est neceßarius Baptismus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Apostoli, ex dispensatione, ut putant quidam: Alii rectius negant sic baptizasse; sed exponunt tres personas esse expressas: Nam responderunt Paulo, Act. 19. *Negat si Spiritus Sanctus est, audiimus.* Et ille: *In quo ergo baptizati es tu?* Quin in Canonicis Apostolorum damnantur, qui non baptizant in nomine Patris, et Fili, et Spiritus Sancti. Itaque in nomine Christi, non solum, sed in Instituto Christi: id est, in nomine Trinitatis, baptizasse dicendi sunt. Ita Patres.

Q V A E S T I O X X I .

An, & quatenus necessarius ad salutem est Baptismus?

PELAGIUS, ait August, lib. de heres. c. 69. negabat necessarium ad remissionem peccati originalis; sed ad celi ingressum.

WICELFVS etiam hoc negabat. Quod nil esset nisi meum symbolum externum.

1. ZWINGLIUS l. de vera & fal. relig. item negat utrumque.

2. MARTINVS BUCERVS, in Matt. 3. item. Sed quod pueri prædestinati sine Baptismo saluentur; reprobi etiam cum Baptismo damnentur.

3. CALVINVS in Antid. Seß. 6. cap. 5. & Instit. l. 4.c. 16. §. 23, 24. vult parvulos fideliū etiam sine Baptismo sanctos esse, membra Ecclesiæ, & ianuarii moriantur. Quod ei non imputetur peccatum originale, ex vi fœderis cum Abraham, Gen. 27. *Ero Desensus & Seministru.* Nos enim per Christum successimus in posteritatem Abraham.

4. Sic & PETRUS Martyr: *Quia, 1. Cor. 7. Alioqui filii vestri in mundi essent: nunc autem sancti sunt.*

5. Sic & HENRICVS BULLINGERVS, Zwinglii successor Tiguris, qui addit: *Vifœderis sanctos esse, quorum parentes aliquando fuerint fideles, iudeo maiores olim.*

AUTOR. Concilium Tridentinum Seß. 7. Can. 2. sic definit: *Si quis dixerit, Baptismum non esse necessarium ad salutem, anathema sit.* I. Sic istud Ioan. 3. *Nisi quis renatus est, non erit.* exponunt S. Patres, & ipsi Dominus declarauit. Vide Antichristump. 3. q. 9.

II. Quia Sectariorum interpretationes loci huius sunt vanæ.

Vt 1. Caluini in Antid. Kemnit. Patres, ut Basilius, per Aquam accipere Mortificationem peccatorum. Aut Aquam esse epithetum Spiritus Sancti.

AT, Contrarium Patres apud Bell. l. 2. de Sacramentis c. 3.

2. Petri Martyris in 1. Cor. 7. Sat esse si ex altero, sc. Spiritu Sancto. Et, enim non importat patrem utriusque necessitatem.

AT, ambo Aqua & Spiritus ad eandem regenerationem requiruntur.

3. Zwinglii in Maro. 1. Totam sententiam accipi de penitentia.

4. Wicelli: *Aquam esse Christi passionem, & latere Christianantem.*

AT, Axioma est Theologorum: *Scriptria intelligenda est secundum proprietatem verborum, ubi non cogimur evidenti absurdio.*

III. Quia, Traditio est: Infantes periire non baptizatos. Sic Concilia; Testimonia Pontificum; S. Patrum, &c.

IV. Quia, Fundamentum Sectariorum sic evenerit. Esau erat optimi patris filius: & tamen, Rom. 8. Deus eum odio habuit: Non ergo nascuntur sancti filii sanctorum; nec omnes prædestinati: Cur autem aliqui non prædestinati? Nescio, dicant. Item, David erat filius credentis: & tamen ait, Psal. 50. *In iniurias tuas conceperim sum.* &c. Item, Paulus: & tamen Eph. 2. *Eramus & nos natura filii ire, etiam reatu, qui debetur ad iram.*

Kk 3 5. Axiom.



5. Axioma est: Christianos non nasci;
sed fieri: iuxta S. Patres etiam. Ergo. &c.

OBIICIVANT 1. Gen. 17. Ero Deus tuus,
& Seministru: hoc nos sumus: ergo sancti. 2.
1. Cor. 7. Fili vestri immundi essent; nunc au-
tem sancti sunt: Ergo ipsa nativitate sunt san-
cti ante, quam baptizentur.

DICO AD I. Ea promissio fuit pe-
culiaris protectionis; non Remissionis
peccatorum. Esto: fuerit etiam de spi-
rituali gratia; haec tamen ad nos descendit
per Christum ex fide. Tunc enim in-
cipimus esse filii Abrahæ, & fideles, cum
baptizamur, non cum ex fideli nasci-
musr. Neque scimus parentes nostros
secundum carnem ab Abraham descen-
dere: hoc scimus, eos fieri filios Abrahæ,
qui ex Deo nati sunt.

AD II. Ibidem dicit, Coniugem in-
fidelem sanctificari per fidelem; id quod
tamen non fit, nisi conuertatur; ita nunc
sancti non sunt, nisi in Baptismo sanctifi-
centur.

QVÆSTIO XXII.

Baptismi minister quis esse debeat, ac
posset?

CALVINVS Institut. lib. 4. c. 15. §. 20. 21. 22.
Soli Ordinarii, ait: nemoque alius, nec in
extrema necessitate. Sic & in Antidoto Seß.
7. Can. 10.

SVADENT istis. 1. Quia, Matt. 28. Euntes
docere. &c. Hac dicuntur solis Apostolis, qui
a Christo instituti sunt Ministri Verbi & Sa-
cramentorum: Non ergo licet alii id munus u-
suarere. 2. Quia, nec veteribus constitut, re-
stebat laicis in necessitate permitterent ba-
ptizare: teste August. l. 1. contra epist. Parmen.
c. 13. 3. Quia, Concilium Carthaginense
prohibet mulieribus baptizare. Sic & Ter-
tull. & Epiphanius docent. Marcion permisit
mulieribus, quod nec Christi matri datum
fuit.

AUTOR. I. Ius baptizandi propriū
est ordinariē sacerdotum, quibus id Epi-
scopus concesserit: Aut Diaconis con-
uenit, absente presbytero: Idque cum
solennitate.

II. Quin etiam Laicis in necessitate;
absque tamen solemnitate, licitum sit,
fueritque; dubitatum in Ecclesia nun-
quam est.

III. An verò item non baptizatis li-
ceat in casu necessitatis, veteres addubi-
tarunt. Aug. l. 2. contra Parm. non audet
determinare; donec Concilium id de-
finierit. Factumque est in Flora-
tino.

1. Ratio: Quia in ministro non requi-
ritur fides, aut probitas, aut Ordinatio;
vt ratus sit Baptismus: neque sexus cer-
tus; vt etiam foemina tingere possit, ab
sente viro.

2. Sic Scriptura docet in figura, Ex-
od. 4. Sephora filium circumcidit cosi
Moysè; quem occidendum sic seruauit,
& placuit Angelo: Quò iniuriosus eum
traducit Caluinus, ac mendacius. Erem-
pla ex Actis Apostolorum vide in meo
Antichristo p. 3. q. 10.

3. Sic Patres. Tertull. libr. de Bapti-
zatione ius est baptizandi: Quod enim ex
quo accipitur; ex aquo dari potest. Alexan-
der Episcopus Alexandrinus ratu habuit
Baptismum Athanasii pueri pueris de-
tum.

DICO AD I. Dictum id omnibus
fuisse, facta docent Apostolica; ratu
namque habuerunt, concionari, & ba-
ptizare Philippum, Stephanum, And-
ream.

AD II. Iniuriam facit Augustino,
affirmanti Baptismum à laico datum

im-